

## OBSERVAT. V.

Quidam puer lue Gallicâ infectus conferrēt, tandē fontanella in sinifimul oculi sinistri rubedine stro brachio impressa, & vesicatorio defædatus, cum alia remedia nihil in nucha admoto, immunis evasit.

## De Guttâ serenâ,

## OBSERVAT.

**U**m Gutta serena sit affectus oculorum ex obstructione nervorum opticorum, à crassis humoribus proveniens & cæcitatē inferens. Quidam Generosus in nostro districtu, eo malo occupatus, ex consilio Medicorum, 300. vipers in Italiâ captas (quælibet constabat floreno) in Germaniam, ad se transferri curavit, quodam suffitu prius exiccatas, ad præservandum à corruptione, earum carne Gallinarum pulli faginati, dum depumati, id indicio, viperarum virtutem penetrasse, ac per totum diffusam, tùm singulis diebus unus pullus sic enutritus, comedendus illi oblatu, per 60. dies continuando. Inſita enim Viperis, à Naturâ vis diaphoretica, resolvens ac discutiens, superfluos humores, exin in caligine oculorum commendatur, si materia tenuis ac vaporosa. Sed in agro illo nihil opis contulere, haud dubiè ob crassitiem ac duritiem humorum visui officientium & resolutioni resistentium: & ita magna illa impensa & spes concepta vana & irrita.

## De Morbis auditûs.

## OBSERVAT. I.

*Auditûs difficultas à febre continuâ materiâ translata  
in nervum auditorium.*

**U**idam Ecclesiastes Ulm. in Summo templo, ex febre continuâ auditûs difficultate laborans, materiâ per ~~microscopium~~ delatâ in nervum auditorium, auditum deperditum, brevi recuperavit, de Bals. cephal. Anhaltino à me ordinato, aliquot gutt. cum bombace auribus immisiss, & celebravit effectum.

## OBSERVAT. II.

Quidam Juvenulus 14. annorum ex nobili familia, cerebro humido præditus, aliquandiu gravi auditu laborans, meum expetens consilium, intra paucos dies, integritati ita restitutus fuit. Primo ordinatæ pilulæ cephalicæ, ad phlegma à cerebro revellendum,

℞. Extr. pil. aur. sine quib. Pan-  
chymag. Crollii. an. ʒʒ. cum aq. be-  
ton. f. p. 21.

Optimè contulerunt. Post antè le-  
sti introitum gut. ij. iij. spir. cephal.  
Anhalt. cum gossipio immittendæ.  
Cum oprato successu.

## OBSERVAT. III.

*Asat gravi Tinnitu aurium immunis redditus.*

Quidam Vir Nobilis 50. annorum, Nature melancholicæ, per aliquot septimanas, perquam molesto aurium tinnimento exagitatus, felici auspicio, paucorum dierum spacio, liberatus, aliquot guttis de

fertis. Deprehendi illius effectum multò præstantiorem in cerebro corroborando & vaporosâ ac flatulentâ materiâ resolvendâ, quam oleorum stillatiorum, quæ nimio calore, sæpius magis efficiunt.

